



Crisis Theologica

In Qva Selectiores, Et Acriores hujus, et elapsi sæculi controversiæ,
subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Crisis Theologica - In Qva Selectiores, Et Acriores hujus, et elapsi sæculi
controversiæ, subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Casnedi, Carlo Antonio

Ulyssipone, 1712

Do Santo Officio. Censvra. Illustrissime Domine.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-84796](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-84796)

Do Santo Officio.

C E N S V R A.

ILLUSTRISIME DOMINE.

EGregij operis à Rev. P. Carolo Antonio Casnedi de Societate Jesu, olim publico in Mediolanensi Universitate Sacrae Theologiae Magistro, & Hispanae Inquisitionis Qualificatore conscripti Tomum tertium, summa non modo attentione, sed etiam voluptate perlegi; ipsa enim libri materies, & argumentum hac tempestate celeberrimum, doctissimorumque virorum disputationibus versatissimum attentionem per sese conciliat; forma verò operis, styli, quantum spinosae quaestiones patiuntur, amoenitas; orationis, supra quam nostrorum actorum consideratio, & reflexiones passim recurrentes ferre videbantur, claritas; in referendis AA. sententiis fides, & eruditio in veteri argumento noviter pertractando, & maximo rationum pondere confirmando indefessum studium, summaque ingenii vis, & reliquae dotes, quae magnū Authorem decent, ac librum omnibus numeris absolutū commendant, maximam proculdubio legenti pepererūt, & omnibus porro parum voluptatē. Quod alicubi dixit Sidonius, huic certē libro congruit, in quo laudatur *Fides in testimoniis, virtus in argumentis, opportunitas in exemplis, pondus in sensibus, flumen in verbis, fulmen in clausulis*. Nec omittenda, sed omnium praecognitiis commendanda est Authoris in tanta concertatione modestia. Quam amice litigat! Quam placidē arguit! Quam innoxie dimicat! Quam salvā pace, & charitate decertat! Eas omnes Authoris, & libri dotes perpendenti, mecumque demeranti Casiodori opportunē occurrit sententia l. 1. de Divinis Lectionibus c. 30. *Hic dicitur haec dixit praeconium, conjuncta miraculum*. Quo factum est, ut, quod aiebat Nazianzenus epistol. 10. ad Basil. *Una sit, Authoris vox*, unus hic liber de omnibus triumphans. Sive quos impugnando devicit, sive quos sequendo, & illustrando superavit. Cum ergo nihil tomus iste contineat fidei, aut rectis moribus contrarium, dignissimum cenleo qui quantocius excudatur. Et vix me contineo, quin centoria virgā tantisper depositā Authorem alloquendum suadeam verbis Senecae: *Ede quam celerimē, unde & tuo nomini celebritas, & nostris temporibus claritas, & studiosis omnibus pariat utilitas*. Hoc meum votum, hoc judicium. Ulyssipone, & Congregatione Oratorij die 29 Augusti 1710.

Joannes Antunes.

C E N S V R A.

ILLUSTRISIME DOMINE.

Liber hic, qui ad honestam vivendi rationem refertur, de proxima scilicet, eaque rectissima differens morum regula, bella mitissima pro animi, conscientiaeque pace administrata perpetuis litterarum monumentis, tamquam tabulis consignat: Placuit enim mutuatis ab Eusebio Caesar. l. 5. histor. c. 1. verbis totum argumentum breviter complecti, in quo tertius hic versatur absolutissimi operis tomus à R. P. Carolo Antonio Casnedi Societatis Jesu, olim publico in Mediolanensi Universitate Sacrae Theologiae Magistro, & Hispanicae Inquisitionis Qualificatore compositus, qui